

# LJUBLJANSKI ŠKOFIJSKI LIST.

St. VI.

Vsebina: 42. Višjepastirska odredba ob smrti sv. Očeta Leona XIII.  
— 43. Oberhirtliche Anordnung anlässlich des Todes Seiner päpstlichen Heiligkeit.  
— 44. Indictio Synodi dioecesanae diebus 1. 2. 3. mensis Septembris 1903 Labaci  
celebrandae.

1903.

42.

## Višjepastirska odredba ob smrti sv. Očeta Leona XIII.

**U**trnila se je zvezda-vodnica na katoliškem nebu; „luč z neba“, ki je svetila s tolikim sijajem katoliškemu in nekatoliškemu svetu nad četrto stoletja, je ugasnila; našega velikega papeža, našega ljubljenega svetega Očeta **Leona XIII.** ni več med nami.

Gospod življenja in smrti, ki je življenje sv. Očeta cel čas njihovega vladanja čudežno ohranjeval, vzdržuječe v šibkem telesu sivega starčka velikega duha ter ustvarjajoče po njem dela, nad katerimi je strmel širni svet, je poklical dne 20. julija ob 4. uri 4 min. popoldne svojega zvestega namestnika k sebi po plačilo.

Koga bi pač iznenadilo, ako se loči s sveta 93-letni starček, in vendar, kako milo se nam je storilo, nam dobrim otrokom Leonovim, ker nas je zapustil oče, ki nas je toliko ljubil, da mu je bila edina skrb, nas vse privesti do edino prave sreče otrok božjih. Ljubil nas je, a ljubili smo ga tudi mi, spoznavši iz njegovih del zlato njegovo srce. Toda ta naša ljubezen s smrtno ne sme prenehati. Čeprav gojimo trdno upanje, da so sv. Oče Leon XIII. prejeli od Boga nevenljiv venec slave v nebesih, nam vendar veleva naše ljubeče srce, da molimo za ljubljenega očeta.

A moliti moramo ne samo za ravnega sv. Očeta Leona XIII., ampak tudi za srečno in naglo izvolitev njihovega naslednika. Prositi moramo goreče svetega Duha, naj obudi sveti Cerkvi novega poglavarja, naj ji dá novega krmarja, ki bo z močjo in modrostjo vodil krmilo ladije sv. Petra.

Da izpolnimo to dvojno dolžnost, ukazujemo nastopno:

### I. Za ljubljansko mesto:

1. Prihodnje tri dni, namreč v sredo, četrtek in petek (22., 23. in 24. julija), naj se zvoni po vseh cerkvah v mestu ob 7. uri zjutraj, opoldne, in ob 8. uri zvečer z vsemi zvonovi, vselej s trikratnim prenehljajem.

2. Vse te tri dni bo v stolnici ob 10. dopoldne slovesna črna sv. maša z biljami in prvi dan se bodo pred sv. mašo ob 9. uri začele cerkvene molitve za mrtve (3. nocturni in Laudes).

3. V vseh drugih mestnih župnih cerkvah se bo vršilo to opravilo samo enkrat ob zgoraj omenjeni uri in sicer: v četrtek (23. julija) v župni cerkvi sv. Jakoba in Marijinega Oznanjenja, v petek (24. julija) pa v župni cerkvi sv. Petra in v oni sv. Janeza Krstnika v Trnovem.

4. Razne redovne družine bodo imele tako opravilo ali vsaj tiko črno sv. mašo v svojih cerkvah o prilični uri v četrtek (dne 23. julija), samo č. oo. frančiškani v petek (24. julija) zarad enakega župnega opravila, ki bo v četrtek.

5. Vsak duhovnik v Ljubljani, ki ne bo imel kakega spredaj omenjenega duhovnega opravila, bo daroval te dni eno tiko sv. mašo za dušni pokoj Njih. Svetosti papeža Leona XIII.

6. a) Prihodnjo nedeljo (dne 26. t. m.) bo v stolnici in v drugih župnih cerkvah v mestu duhovno opravilo za hitro in srečno izvolitev novega papeža. Zato se bo sv. Rešnje Telo izpostavilo dopoldne tri ure, popoldne pa eno uro, tako da se bo popoldanska urna molitev sklenila z blagoslovom in z litanijami.

b) Pri drugem opravilu v nedeljo (26. t. m.) naj se najprej zapoje himna „Veni Creator“, potem pa naj se služi slovesna sv. maša za srečno izvolitev novega papeža (Missa votiva solemnis pro eligendo summo Pontifice, in colore rubro cum Gloria et Credo).

c) Vsak mašnik naj pri sv. maši ves čas volitvenega zborovanja kardinalov (konklave) uvrsti kolekto iz maše pro eligendo summo Pontifice; kar naj se označi po žagradih s posebnim listkom. Ime papeža naj se v kanonu izpusti, dokler ne bo novi izvoljen.

d) Pri litanijah vseh svetnikov naj se izpusti navadna molitev za papeža, mesto nje naj se do izvolitve novega papeža na koncu litanij moli molitev iz zgoraj omenjene maše in pet „očenašev“.

Ista molitev naj se moli tudi na leci po pridigi. Glasi se tako-le:

**„Ponižno, Gospod, Te prosimo, da sveti rimski cerkvi po svoji neskončni milosti takega višjega pastirja podeliš, ki bo po svoji pobožni gorečnosti za nas Tebi vedno dopadljiv, in ljudstvu Tvojemu zavoljo zveličalnega vladanja v slavo Tvojega imena vselej častitljiv. Po Gospodu našem Jezusu Kristusu sinu Tvojem, kateri s Teboj živi in kraljuje v edinosti svetega Duha Bog od vekomaj do vekomaj. Amen.“**

### II. Za župne in samostanske cerkve zunaj glavnega mesta Ljubljane.

1. Tri dni zapored naj se zvoni v tednu po prihodnji nedelji (26. julija) po trikrat v vseh cerkvah (kakor zgoraj I. 1.)

2. Enkrat v teh treh dneh — kar naj se poprej oznani — bo slovesna črna sv. maša z biljami (Requiem cum absolutione ad tumbam). Samostanske družine naj opravijo zadušnico kak drug dan, kakor se to zgodi pri dotedni župni cerkvi.

3. Vsak mašnik naj enkrat v teh treh dneh daruje sv. mašo za dušo sv. Očeta.

4. Cerkvena pobožnost za srečno izvolitev novega glavarja sv. Cerkve naj bo prvo nedeljo po opravljenih zadušnicah, to je v nedeljo, dne 2. avgusta, in sicer naj se eno uro pred glavno službo božjo izpostavi sv. Rešnje Telo, potem naj se služi maša za srečno izvolitev novega sv. Očeta pred izpostavljenim Najsvetejšim v rudeči barvi. Ako je mogoče to ljudstvu že poprej naznaniti, se to opravilo lahko vrši tako, kakor je zgoraj rečeno, že prihodnjo nedeljo (26. t. m.). Kjer sta dva duhovnika, se more to oznaniti pri jutranji službi božji.

5. Sicer je pa v vsem ravnati se po tem, kar je zgoraj zaukazano pod št. 6. c. d.

### III. Za vse župne in samostanske cerkve.

Brž ko se z gotovostjo izve izvolitev novega papeža, naj se vernikom takoj naznani in po možnosti prvo ali vsaj drugo potem sledičo nedeljo v vseh župnih in samostanskih cerkvah opravi slovesna zahvalnica s himno „Te Deum“. Seveda se potem opusti kolekta pro eligendo pri maši, pri litanijah in po pridihi; v kanonu in pri drugih molitvah pa naj se uvrsti ime novega papeža. Ako bi se kje

pripetilo, da se prej izve o končani izvolitvi novega papeža, predno se je vršilo opravilo za srečno izvolitev, to opravilo seveda izostane; pač pa naj se prvo nedeljo potem v zahvalo poje slovesna sv. maša in „Te Deum“.

Prečastiti gospodje duhovni pastirji naj ne pozabijo ljudstvu pojasniti, kako pomenljiva je zapovedana zadušnica po Rajniku, kako resno in važno tudi slovesno opravilo za srečno izvolitev novega papeža. Končno naj vernike prav živo opominjajo, da naj goreče molijo za srečno vladanje novega papeža.

Kn. šk. ordinarijat v Ljubljani, dne 21. julija 1903.

† Anton Bonaventura,  
knezoškof.

43.

## Oberhirtliche Anordnung

aufählich des am 20. d. M. erfolgten Todes Seiner päpstlichen Heiligkeit.

Alle hochwürdigen Herren Seelsorger an den deutschen Pfarren wollen die vorstehenden Anordnungen ihren Pfarrkindern in deutscher Sprache bekannt machen.

Das vorgeschriebene Gebet für die glückliche Wahl eines neuen Papstes lautet:

„O Herr! wir bitten in flehentlicher Demut, deine unermessliche Güte wolle der heiligen römi-

schen Kirche jenen Oberhirten verleihen, der sowohl durch frommen Eifer für uns immer wohlgefällig, als auch durch heilsame Regierung deinem Volke zur Glorie deines Namens stets verehrungswürdig sei. Durch unseren Herrn Jesum Christum, der mit dir lebt und regiert in Einigkeit des heiligen Geistes Gott von Ewigkeit zu Ewigkeit. Amen.“

44.

## Indictio Synodi dioecesanae Deo favente diebus 1. 2. 3. mensis Septembris 1903 Labaci celebrandae.

**Antonius Bonaventura, Dei miseratione et apostolicae Sedis gratiae episcopus Labacensis, Venerabili ac dilecto Clero salutem et benedictionem a Domino.**

Ex quo, suspirantes patrocinium B. M. V., ac freti auxilio Regis et Salvatoris Jesu Christi, cuius amantissimo ac divinissimo Cordino meti ipsos simul cum tota dioecesi dedicavimus, arduum dioecesis Labacensis regimen suscepimus, nihil omittere studebamus eorum, quae ad fovendam Cleri unitatem inter se ac nobiscum promovendamque in eo disciplinam et

vitam sacerdotalem facere videbantur, quaeque ad extirpanda vitia populi et removenda pericula fidei ac morum conducere possent.

Sed his non contenti altiora desideramus, quo firmius stabiliantur humiles nostri conatus et, posito fundamento certo, aedificium vitae christiana, quam Deus ac Dominus noster ab omnibus requirit, efficacius tueri perficere-

que valeamus: In mente habemus Synodum dioecesanum.

Synodorum usus in ecclesia antiquissimus reperitur, licet non praecise semper ea servata forma, quae nunc temporis in Pontificali romano praescribitur. Primis ecclesiae seculis, cum saevae paganismi persecutioes in eam furerent, sine gravi periculo neque episcopi semet invicem invisere et coadunare poterant, multo adhuc difficilis eis erat, clerum dioecesos ad negotia sacra pertractanda in unum colligere. Quo tamen non obstante caute instituebantur conventus ecclesiastici, ubi pastores animarum cum Antistite tum sua, tum quae gregis erant, collatis consiliis deliberabant, ut synodi dioecesanae summa antiquitate praestare dici queant.

Et praecipua quidem synodorum cura ab initio fuisse videtur sedandi lites atque jurgia, dirimendi causas, quas sive clerici inter se, sive cum laicis auctoritate ecclesiastica dimetendas putabant. Unde merito credimus, synodos dioecesanas primitus quasdam curias iudiciales fuisse, ubi sine strepitu et procul a callidatibus fori lites primum omnes clericorum sedarentur, ac tum etiam laicorum, qui huiusmodi iudiciis acquiescerent.

Verum quamvis hoc synodorum genus imaginem tribunalium praesulisse videatur, magna tamen aestimatione habendae sunt; nam omnia per eas in caritate, sancteque perficiebantur. Clericorum quidem et laicorum ibi lites dirimebantur, sed in templo, sed ad aras, sed ad sacra martyrum pignora, sine strepitu, sine forma iudicii, sine ambage, ex evangelicarum canonicarumque legum sanctimonia, iudicibus caritatempacemquechristianam spirantibus, ad expiandas conscientiae sordes, ad inserendas virtutes, ad errores evellendos, ad vitiorum fibras elidendas, solis illis poenas daturis, qui peccare quidem possunt, resipisci vero nolunt.<sup>1)</sup>

Medio aevo usum synodorum sic invalusse, ut in pluribus dioecesibus bis in anno

celebrarentur, historia testatur. At demum concilium Lateranense IV. pro universali ecclesia legem tulit, ut synodi dioecesanae quotannis ab episcopis cogerentur,<sup>2)</sup> quam legem concilium Tridentinum<sup>3)</sup> renovavit verbis: „Synodi quoque dioecesanae quotannis celebrantur, ad quas exempti etiam omnes, qui alias, cessante exemptione, interesse deberent, nec capitulis generalibus subduntur, accedere teneantur; ratione tamen parochialium, aut aliarum saecularium ecclesiarum, etiam adnexarum, debeatii, qui earum curam gerunt, quicunque illi sint, synodo interesse.“

Non obstante hoc decreto synodi hominum ignavia et temporum iniuria haud raro negligebantur, quapropter iam saeculo XVII. Alexander VII. in Constitutione<sup>4)</sup> ad episcopos Italiae et insularum adiacentium data illud inculcat: „Persuassimum Vobis esse non dubitamus, nihil frequenti animarum recognitione synodorumque celebratione populorum saluti ac veteri disciplinae constituendae . . . accommodatus esse, quo intermisso magna in moribus continuo ad omnem improbitatem ac peccandi licentiam facta est immutatio.“

Patres vero Concilii Coloniensis a. 1549 decreverunt, ut in singulis dioecesibus bis in anno synodi haberentur, quarum extollentes utilitatem sequentia proferunt: „In synodis redintegratur unitas, studetur corpori in sua integritate conservando; ubi ea, quae in visitatione mandabatur exequi, executionem studiis communibus assequuntur; ubi de capite et membris, de fide et pietate, de religione et cultu divino, de moribus et disciplina, de iudiciis et rebus omnibus ad bene, ad christiane vivendum commodis vel necessariis tractatur, atque statuitur, ut verissime . . . dicatur: salus ecclesiae, terror hostium eius et fidei catholicae stabilimentum sunt synodi, quas etiam rectissime corporis ecclesiae nervos dixerimus. Neglectis enim synodis, non aliter ecclesiasticus ordo difflit, quam si corpus humanum nervis solvatur.“<sup>4)</sup>

<sup>1)</sup> Thomassinus, *Vetus et nova eccles. discipl.* P. II. I. III. c. 75, 4.

<sup>2)</sup> Lat. IV. Cap. Sicut olim de accusat.

<sup>3)</sup> Sess. XXIV. cp. 2. de reformatione.

<sup>4)</sup> Inter cetera 26. Mai a. 1656.

<sup>4)</sup> Manacorda, *Specimen juris et disc. eccl. I.* pag. 96.

Ex quibus luculentissime patet, gravem esse obligationem dioecesanas collationes celebrandi iuxta praescriptum Concilii Tridentini, et licet huius observantia ubique fere in desuetudinem abierit, non inde facile invocari potest consuetudo in re tanti momenti maximaque utilitatis, eo vel minus, quod suprema Sedes Apostolica per suas Congregationes non destitit episcopis inculcare, ut synodos cessantibus impedimentis celebrare non abnuant.

Synodi dioecesanae imprimis saeculo XVIII. et XIX. praevalentibus fere ubique liberalis Absolutismi principiis in desuetudinem venerunt. Recentioribus autem temporibus, cum tot errores sparguntur, tot vitia pullulant, tot procellae naviculam Petri agitant, plures Austriae, Italiae, Galliae, Germaniae episcopi, optatis Pii IX. et Leonis XIII. satisfacientes, synodos non sine magno fructu celebrarunt.<sup>1)</sup>

In dioecesi Labacensi ultimae synodi ad finem saeculi XVIII. celebratae sunt et quidem in ecclesia cathedrali S. Nicolai die 20. junii a. 1774, dein in loco Gornji Grad die 18. julii a. 1778 utraque ab episcopo Carolo comite de Herberstein coacta. Damna ob defectum synodorum per Ordinarios dioecesium aliis remediis resarciri studebantur, scilicet visitatione canonica, deputatione decanorum, sacris exercitiis et missionibus, nec non publicatioibus decretorum in folio dioecesano.

Prouti vos non latet, nos ipsi insistentes praeprimis vestigiis nostri eminentissimi Praedecessoris, haec remedia adhibenda in dies magis urgebamus, eo quod propriis oculis intuebamur aperta varia pericula fidei et morum, quemadmodum ista in dioecesi Labacensi furente ore et calamo suscitata in dies magis succreverint. Ad elidenda conamina falsorum prophetarum, qui lupi in ovina pelle populum dilacerare anhelant, ad nova quoque remedia configimus. Quorsum pertinent: reformatio folii dioecesani, conventus annui decanorum in nostris aedibus residentialibus, frequentiores conferentiae Sodalitatis sacerdotum, promotio

cultus Ss. Cordis Jesu, congregaciones Mariae, favor exhibitus variis associationibus opificum, agricolarum et juvenum, nec non divisio dioecesis in archidiaconatus. Conamina nostra, Deo sint laudes! opitulante beatissima Virgine, vobisque fortiter et assidue labrantibus, non manserunt absque fructu.

Nunc vero, canonica totius dioecesis visitatione die 8. julii h. a. prima vice completa, operi coronidem imposituri potestate nostra ordinaria, atque requisita circa res pertractandas sententia Capituli ecclesiae Cathedralis, in honorem B. V. Mariae, S. Joseph, eius sponsi et dioecesis nostrarae patroni, atque S. Nicolai, titularis ecclesiae Cathedralis, omniumque Sanctorum,

### Synodus dioecesanam

diebus 1. 2. 3. septembribus huius anni indicimus celebrandam Labaci in ecclesia Cathedrali secundum ordinem, qui iusto tempore denuntiabitur.

Quod attinet eos, qui adesse tenentur, quoniam in synodo agetur de rebus ad universum clerum spectantibus, utique summopere desideraremus, ut omnes et singuli, si fieri posset, e clero nostro dioecesano ad synodum convolarent. Cum autem hoc desiderium impleri non possit, ad synodum

1. vocamus et canonice requirimus: Nostrum Vicarium generalem, omnes decanos atque parochos, dein vicarios, curatos, expositos et capellanos animarum curam independenter excentes, administratores parochiarum sive saeculares, sive regulares, beneficiatos cum cura vel sine cura animarum.

Cunctos hos solemniter et publice advocamus atque interesse sub gravi iubemus. Si autem horum quispiam iusto impedimento se retentum judicaverit, excusationis legitimae causam opportuno tempore ad synodum (judicibus querelarum) deferendam ac probandam esse sciverit.

2. Instanter invitamus capitulum nostrum cathedralē, ut in corpore appareat, abbatem Sitticiensem et praepositum capituli Rudolfs-

<sup>1)</sup> Cfr. Acta et Statuta synodi Premisiensis a. 1902 pg. 9; Actiones et constitutiones synodi Lavantinae a. 1900 pg. 5. sqq.

werthensis, capitulo collegiatum Rudolfs-werthense, ut saltem per duos deputatos adsit, deinde P. provincialem FF. M. s. Francisci, omnesque superiores vel priores regularium, directores seminarii puerorum et clericorum, omnes professores et doctores sacrae theologiae, institutionis religiosae professores c. r. gymnasii Labacensis, Rudolfswerthensis, Kranjensis et Gottschevensis, c. r. scholae realis Labacensis et Idriensis nec non c. r. paedagogii et catechetas scholarum elementarium.

3. Cooperatores quod attinet, eos quoque invitamus; ast, quia ob curam animarum exercendam propter absentiam parochorum hi omnes venire non possunt, invitamus ex quolibet decanatu illos, de quibus decanus iudicaverit, quod absque spirituali damno fidelium per quatuor dies absentes esse possint.

• Parochos, qui cooperatores non habent, monemus, ut antequam e parochiis discedant, graviter decumbentibus sancta Sacraenta administrent populumque edoceant, ubi in casu necessitatis provisio infirmorum petenda sit.

Quia in synodo dioecesana omnes syndicatae spiritu renoventur oportet, iuxta praescripta ecclesiae curavimus, ut synodo exercitia spiritualia coniungantur cum communione generali in ultima sessione; simul indulgentias plenarias cum pro clero tum pro populo a

summo Pontifice obtainendas iusto tempore publicabimus.

Ut autem opus, quod aggredimur, tum clero, tum populo sit salutare, benedictionem divinam ardenter imploremus! Quapropter a publicatione huius edicti usque ad finem synodi omnes dioecesis nostrae sacerdotes Missae inserant orationem de Spiritu Sancto rubricis id permittentibus; praeterea Dominica ultima mensis Augusti, quae est XIII. post Pentecosten, in omnibus ecclesiis curatis Sanctissimum per medium horam publicae adorationi exponatur, illoque exposito Litaniae omnium Sanctorum recitentur, prius vero fidelibus exponatur, quinam sit synodi finis et quae ejusdem gravitas et utilitas. Postremo die 31. Augusti ad vesperum in omnibus predictis ecclesiis campanae saltem per quartam horae partem pulsentur.

Ordinem synodi, materiae pertractandae capita et si quae adhuc circa futuram synodus advertenda forent, idoneo tempore significabuntur. Interim, fratres dilectissimi, valete! Deus spei repleat Vos omni gaudio et pace in credendo, ut abundetis in spe et virtute Spiritus Sancti. In omnibus honorificetur Deus per Jesum Christum, cui est gloria et imperium in saecula saeculorum. Amen.

Datum Labaci die 14. Julii 1903

† Antonius Bonaventura,  
*Episcopus*

**Knezoškofjski ordinariat v Ljubljani, dne 21. julija 1903.**

Izdajatelj in odgovorni urednik Josip Šiška, Tiskala Katoliška Tiskarna.